

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nilus Mysticus Profluens Ex Paradiso Voluptatis, Sive Doctrinae Ad Mentem Scoti Theologicae, Ac Per Duodecim Alveos Regios In Flumen Magnum Serenissimae Marchionum Badensium Genealogiae Sese ...**

**Stümmel, Friedrich**

**Fulda, 1673**

Scotiae

[urn:nbn:de:bsz:31-11315](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-11315)



*Serenissimæ Domus Badensis origo ex  
Antiquissimis Regibus.*

S C O T I Æ.



F E R G U S I U S

**A**lter Regni Scotorum Conditor, postquam plurima egregia facinora à Scotis & Pictis ex Dania per utriusque Gentis Legatos ad suscipiendam Regni Coronam accersitus; cum Romanis diversâ fortunâ sæpius confligit, donec tandem in acie cæsus supremum diem oppetijt Anno 410.

Dongardus Rex Scotiæ,

Fergusij Filius, Anno imperij quinto à Britannis in prælio captus & obruncatus interiit.

Goranus Rex Scotiæ,

Dongardi Filius, suorum fraude peremptus expiravit Anno 535.

Aidanus Rex Scotiæ,

Gorani Regis Filius, decessit Anno 606 incompta.

Eugenius IV. Rex Scotiæ,

Aidani Filius, obiit Anno 620. Regni verò Decimo quinto.

Donaldus Rex Scotiæ,

Eugenij IV. Filius, Tao lacu, dum piscabatur, depresso navi suffocatus interiit.

Dongardus Rex Scotiæ,

Donaldi Filius, post Patris interitum aliquot annis Regno præfuit.

Eugenius V. Rex Scotiæ,

Dongardi Filius, decessit Anno 688. Regni verò sui Quarto.

Eugenius VI. Rex Scotiæ,

Eugenij V. filius, obiit Anno 716. Uxor Spondana, gravida à conspiratoribus trucidata.

Ethfinus Rex Scotiæ,

Eugenij VI. Filius, Princeps Pacificus, decessit Anno 762.

Achajus Rex Scotiæ,

Ethfni Filius, obiit Anno 819. Regni verò sui 32.

I

Alpi-



Alpinus Rex Scotiæ,  
 Achai Filius, quarto Regni Anno ab hostibus captus, & securi percussus est.  
 Kennethus cognomento Magnus Rex Scotiæ,  
 Alpini Filius, decessit Anno 855. Principatus verò sui 20.  
 Constantinus Rex Scotiæ,  
 Kennethi Magni filius, à Danis in prælio occisus, Anno 874.  
 Donaldus Rex Scotiæ,  
 Constantini filius, interijt veneno peremptus, Anno 903.  
 Malcolmus I. Rex Scotiæ,  
 Donaldi filius, à conjuratis noctu trucidatus expiravit, Anno 959.  
 Kennethus II. Rex Scotiæ,  
 Malcolmi I. filius, occisus in Peregrinatione ad S. Palladium, Anno 1000.  
 Malcolmus II. Rex Scotiæ,  
 Kennethi II. filius, ob avaritiam à domesticis Ministris strangulatus, interijt Anno 1040.  
 Beatrix Regia Princeps Scotiæ,  
 Malcolmi II. Regis filia, nupta Crinæ occidentalium Insularum Thano.  
 Duncanus  
 Malcolmo materno Avo in Regno suffectus, per insidias interemptus, obiit Anno 1046.  
 Malcolmus III. Rex Scotiæ,  
 Duncani filius, obiit contra Anglos Anno 1097. Uxor Margarita Princeps Angliæ.  
 David Rex Scotiæ,  
 Malcolmi III. Filius, obiit Anno 1153. Uxor Mathildis Comitissa Hundintoniæ & Northumbriæ.  
 Henricus Comes Hundintoniæ &c.  
 Davidis Regis Filius, decessit Anno 1153. Uxor Adama Comitissa Urraina.  
 Ada Comitissa Northumbriæ,  
 Henrici filia, nupta Florentio III. Comiti Hollandiæ & Seelandiæ.  
 Guilielmus I. Comes Hollandiæ & Seelandiæ,  
 Florentij III. filius, obiit Anno 1223. Uxor Adelais Ducissa Geldriæ.  
 Florentius IV. Comes Holandiæ & Seelandiæ,  
 Guilielmi I. Filius, decessit Anno 1235. Uxor Mechtildis Ducissa Brabantæ.  
 Adelais Comes Holandiæ & Seelandiæ,  
 Florentij IV. filia, nupta Joanni Aviennensi Comiti Hannoniæ.  
 Ioannes II. Comes Hannoniæ, Hollandiæ & Seelandiæ,  
 Adelaidis & Joannis I. filius, obiit Anno 1305. Uxor Philippa Comitissa Lucemburgica.  
 Guilielmus III. Comes Hannoniæ, Holl. &c.  
 Joannis II. filius, obiit Anno 1337. Uxor Joanna Comitissa Valesiæ.  
 Margarita Comitissa Hannoniæ, Holandiæ & Seelandiæ,  
 Guilielmi III. filia & hæres, nupta Ludovico V. Imperatori Bavaro.  
 Stephanus Fibulatus Dux Baviaræ,  
 Ludovici Imperat. filius, obiit Anno 1377. Uxor Elisabetha Regia Princeps Hungariæ & Siciliæ.  
 Fridericus Dux Baviaræ,  
 Stephani Fibulati filius, decessit Anno 1393. Uxor Magdalena Princeps Mediolanensis.  
 Elisabetha Ducissa Baviaræ,  
 Friderici Ducis filia, nupta Friderico I. Electori Brandenburgico Burggravio Norinbergenfi.  
 Albertus, Achilles Germanicus,  
 Elector Brandenburg. Friderici I. Filius, obiit Anno 1486. Uxor Anna Ducissa Saxonæ.  
 Fridericus Marchio Brandenburgicus,  
 Burggravius Norinb. Alberti filius, decessit An. 1536. Uxor Sophia Casimiri Polon. Regis filia.  
 Elisabetha Marchionissa Brandenburgica,  
 Friderici Burggravij filia, nupta Ernesto Marchioni Badensi, Anno 1519.

Caro-



Carolus Badensis Marchio Durlacensis,  
Ernesti in Pfortzheim filius, obiit Anno 1577. Uxor Anna Ruperti Comitis Palatini in Lau-  
terreck filia.

Georgius Fridericus Marchio Durlacensis,  
Caroli Filius, decessit Anno 1638. Uxor Juliana Ursula Friderici Rheingravij filia.

Fridericus Marchio Durlacensis,  
Georgij Friderici filius, obiit Anno 1659. Uxor Eleonora Alberti Othonis Comitis Solmen-  
sis in Laubach filia.

## BERNARDUS GUSTAVUS

S. R. Ecclesiae Cardinalis, S. R. Imperij Princeps, Inclytae Ecclesiae Fuldenfis  
ABBAS, Augustae Romanorum Imperatricis Archi-Cancellarius, per Germaniam  
& Galliam Primas &c. Marchio Badensis & Hochbergensis in Durlach &c. Ecclesiae  
Ducalis Campidonensis Administrator, & Coadjutor liberae seu immediatae Abba-  
tia & Eccl. Syburgensis, Landgravius in Saufenberg, Comes in Sponheim, & Eber-  
stein, Dominus in Röteln, Badenweiler, Lahr & Malberg, Metropolitanæ & Cathe-  
dralis Eccl. Colonensis & Argentinensis respectivè Canonicus & Capitularis, &c.

\*\*\*\*\*  
*SERENISSIMA DOMUS BADENSIS COGNATO SIBI ANTI-  
quissimorum Regum Scotia illustrata sanguine in scutario Leone lilijs vallato hieroglyphi-  
cè representat Christum in forma gloriosa in Vniversali extremi diei iudicio Iudicem venturum Vivo-  
rum & mortuorum, ut ab illo recipiat unusquisq; pro ut gessit in corpore, sive bonum, cui respondet  
gloria, sive malum, cui respondet poena aeterna in inferno sustinenda.*

**Q**ui ad Mundi vesperam in passione delituit, redit ecce LEO: ad magni Sacramenti  
intelligentiam vocat, estq; extremi hieroglyphum Iudicij, in quo rugiet contra non  
suos scilicet Angelos apostatas & reprobos: Ite Maledicti in ignem aeternum;  
pro suis & electus: Venite Benedicti Patris mei: Qui habet aures audiat, &  
tempestivè domui suae disponat, nam licet dies ille & 1. Tempus iudicij Vniversalis sit om-  
nibus incognitum, esse tamen futurum, est certum de fide. 2. Iudex Christus. 3. Iudica-  
bit ut homo. 4. Apparebit in forma gloriosa. 5. Comparebunt in hoc iudicio omnes om-  
nino homines. 6. Citabuntur celerrimè tubis & vocibus Angelicis. 7. Carnis resurrectio  
proinde non fiet in instanti. 8. Illa nequit demonstrari. 9. Non potest fieri ab ullo agente  
creato. 10. Nec unio animae cum corpore resuscitato potest poni per ullam creaturam. 11.  
Actio, quâ DEVS resuscitat corpus, non debetur naturaliter corpori. 12. Corpori verò re-  
suscitato naturaliter debetur unio cum anima. 13. Merita causae in hoc iudicio sunt actus ra-  
tionalis creaturae. 14. Actus humani, boni & mali, ante vel post Baptismum commissi. 15.  
Bonitas & malitia formalis primò & per se competit actui interno. 16. In eodem actu esse  
poteat multiplex malitia. 17. Peccatum Iudex in hoc iudicio considerabit per oppositionem ad  
legem. 18. Peccatum originale, de quo infideles iudicabuntur, est ipsum peccatum Adami,  
quatenus est moraliter in sua sobolis succedaneum ob constitutionem voluntatis filiorum in vo-  
luntate protoparentis. 19. Mortale habituale, in actu praeiterito moraliter permanente  
consistit. 20. Numerica peccatorum distinctio alia est in iudicio DEI, alia in iudicio Sacramen-  
tali. 21. Actor in hoc iudicio est conscientia. 22. Quae est dictamen practicum, asserens  
actionem sibi imputandam, vel non imputandam ad poenam aeternam. 23. Testis internus,  
damnandorum vermis conscientiae. Externus liber scriptus scientiae divinae. 24. Con-  
tra testes & actorem reis nulli possunt suffragari Advocati. 25. Assessores in hoc iudicio  
erunt Apostoli & ij, qui non solum legem & praecepta, sed insuper evangelica consilia secuti, reli-  
querunt omnia propter DEVM. 26. Angeli non iudicabunt, sed Iudicium approbabit. 27.  
Damnati prae ter poenam damni, in igne vero & reali magnam patientur poenam. 28. Vermis  
damnatorum non morietur. 29. Mortem & sui non esse tanquam sibi bonum magis desidera-  
bunt: sed inutiliter; quia mors fugiet ab eis. 30. Contra rationem & illicitè desideratum sui  
non esse ad fugiendam miseriam poena justè influcta, secus est, si injustè sit afflicta. 31. An-  
geli & anima separata damnata à Iudice ad perpetuum ignem incarcerata, in hoc, quod sint perpe-  
tim igni contemplando vinculata, justissimè ab ipso tormentantur. 32. Ad quod potentia obe-  
dientialis commentitia est.

Judex Iu-  
dicij uni-  
versalis.

Citatio  
ad Iudi-  
cium.

Merita  
causae.

Actor.

Testes.

Affesso-  
res.

Rei.

Sententia

Seren-